



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Benedicti pape.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

abstineat, qui noluerint vna cum eis à sacerdotali ministerio ut rebelles fieri alieni. Quod ita de  
mū, probare poterimus, si tales extirpare, & non eis fauere decertaueritis, & ita postmodū de  
tali re cōrela cessabit, quia cōtumelie studio fit quod interdictū toties usurpat. Oia hæc decre  
talia & cūctoꝝ decessorꝝ nō ob cōstituta quod de eccl̄asticis ordinibus & canonū promulgata  
sunt disciplinis ita vobis, & oībus ep̄is ac cūctis gñaliter facerdotib⁹ custodiri debere māda  
mus, vt si q̄s in illa cōmiserit veniā sibi deinceps nouerit denegari, qm̄ occurreret veritas, si  
falsitas diſpliceret. Et merito nos quod summa eccl̄ia tenere debem⁹ gubernacula cā respicir,  
si silētio faueam⁹ errori. Data xiiij. Calē. Augusti Iustiniano. vi. & Narsene. IIII. CC. cosuli.

## Incipiunt decretā Benedicti pape.

Euerēdissimo fratri ep̄o David, Benedictus salutē in dño. Respōdere l̄is v̄fis A

**R**enius cogitaui, sed cū hoc meditarer tantus me dolor tetigit, vt magis flere  
quod aliquid dicere delectatus sim. Sed ne fundit⁹ remaneret pauca vobis rescri  
bere curau, ad potiora vos tpa cōgrue inuitas. Quod autē literæ tuæ testes sunt  
q̄sdā intra "puincia Beticam esse qui dicenter neminē veraciter posse probare  
trinitatē vnitatē fieri, cū neq; tres vñū, neq; vñū in tribus posse quenq; pro  
prijs approbari, q̄s ob causas dilectissime fili consulta ibi apl̄icā sedis misimus, vt aut eos ad  
rectam fidē cōuerti facias, aut ab ecclesia ante q̄ pestis hēc latius diuulget repellas. His frater  
scripturæ testimonij vnitatē trinitatis agnoscere, & define Arrianos prauitatē sequi, vt  
ab eadē possis p̄tōꝝ indulgentiā p̄mereri Esaia p̄pheta dicēte. Vidi dñm Sabaoth seden  
tem sup thronū excellsum, & Seraphim stabant in circuitu ei⁹, sex ale vni, & sex ale alteri, dua  
bus velabat faciē, duabus autē velabat pedes, & duabus volabat, & clamabat ad alterutrum  
dicētes Sāctus, Sāctus, Sāctus dñs de⁹ Sabaoth. Si trinitas nō est q̄re tertio sanctus dixerūt?  
Et si vnitatis nō ē, q̄re sub tria repetitōe vñū deū ac dñm intimarunt? Si trinitas nō ē, cur in  
Genesos dicit, dixit deus, fecit deus, & bñdixit deus. Si vero vnitatis nō est, q̄re tertio dixit,  
deus & nō tertio deos plurali nūero cōmendauit? Et si trinitas nō est, q̄re in Exodo dictum  
est tertio, dñe, dñe dñe miserator & misericors. Si vnitatis non est, q̄re dū tertio diceret dñe  
postea miserator singulariter dicit, & nō miseratores, vt plures ostēderet, intimauit? Si tri  
nitatis nō est, cur Abrāhā ad ilicē Membræ fedēs, tribusq; occurrēs vni dñe dixit, & nō vt vi  
derat tribus salutatōis obsequiū reddit. Si vnitatis nō ē, q̄re cum Moysi deus Abrāhā, & deus  
Isaac, & deus Iacob tertio diceret, vnitatē ostendēs, hoc mihi nomen ē dixit. Non hēc sunt  
nra noīa designauit? Si trinitas nō est, q̄re David tertio dixit. Bñdicat nos de⁹ deus nr, bñdi  
cat nos deus. Si vnitatis nō est, q̄re cū deus tertio noīasset. Bñdicat & nō bñdicant adiunxit.  
Si trinitas nō est, cur Esaias denuo dixit, dñe deus Sabaoth, deus Israēl qui sedes sup Cheru  
bin. Si vnitatis nō est, q̄re qui sedes dixit, & nō qui sedetis adiunxit. Si trinitas nō est, quare in  
regnoꝝ libro dicit dñe deus omnipotēs, deus Israēl sermones tui fideles sunt. Si vnitatis non  
est, quare tui dicit, & nō vñū potius intimatur? Si trinitas nō ē, cur in psalmo quinquagesi  
moctauo cantā, Dñe virtutū deus Israēl intēde ad visitādas oēs gētes. Si vnitatis nō est, q̄re  
intende posuit & nō intēdit, vt p̄dicatus est intimauit? Si trinitas non ē, q̄re in Apocalipſi  
tertio dixit; Sāctus, Sāctus, Sanctus dñs deus omnipotēs qui ē & qui erat. Si vnitatis nō ē, q̄re  
nō qui sunt pluraliter, sed qui erat designauit? Si trinitas non est, q̄re in Deuteronomio di  
ctum est dñs deus tuus, deus misericors ē, & audiet vocē tuā. Si vnitatis nō ē, q̄re audiat, posu  
it, & nō audiāt intimauit? Si trinitas nō ē, q̄re in Iesu naue dicit libro, dñs deus deoꝝ est. Si  
vnitas nō ē, q̄re est dixit & nō sunt more locutōis induxit? Si trinitas nō ē, q̄re Helias hortā  
do, Dñe, dñe, dñe deus Israēl ostēde, quia tu es deus meus dixit? Si vnitatis nō ē, quare ostēde  
& nō ostēdite posuit? Si trinitas nō ē, cur Mardochæus orādo, Dñe deus omnipotēs omnia in  
pitātē tua sunt dixit? Si vnitatis nō ē, q̄re in tua posuit, & nō in vñā signauit? Si trinitas nō est,  
cur etiā Judith orādo dixit, Dñe dñe deus omnium virtutū respice in orationē meam? Si  
vnitas nō ē, q̄re respice posuit & nō respicite designauit? Si trinitas nō ē, quare in Hiere  
mia dicit, dominus deus vñ deus verax ē. Si vnitatis nō ē, quare in Apocalipſi scriptū ē. Dñs  
deus & sp̄ritus p̄pheta & misit angelū suū ostēdere seruis suis q̄ oportet fieri citoꝝ. Si vnitatis  
nō ē, quare cū patrē & filium & sp̄iritum sanctū nominasset misit dñs dixit & nō miserunt,  
sub p̄textu triū psonar̄ & nomē introduxit? Si trinitas nō ē, quare in Deuteronomio dici  
tur, Dominus deus vñ hic ē deus? Si vnitatis nō ē, quare hic est dixit, & nō hi sunt plurali nu  
mero designauit? Si trinitas non ē, quare in eodē dicitur libro. Dñs deus tuus deus magnus  
& potēs ē? Si vnitatis nō ē, quare magnus & potēs non pluraliter nominatur? Si trinitas  
non est, cur Tobias filiū suum cū in Rages ciuitatē cū Raphaele angelo mitteret, bñdicens  
eos ita dixisse docetur, deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob ipse implet bñdictionē

## Decreta Pelagii pape.

suam in vobis. Si vniuersitas non est, quod ipse impletat dixit, & non ipsi impletat intimauit. Postremo si trinitas non est, quod discipulos suos in nomine patris & filii & spiritus sancti vniuersas gentes posuit baptizare. Si vniuersitas non est, quare in nomine dixit & non in nominibus principiendo prodicuit. Si trinitas non est, quod apostolus Paulus ait, ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Si vniuersitas non est, quod ex ipso posuit, & non ex ipsis astruxit. Si enim certo certius volueris vniuersitate trinitatis agnoscere a saepe predicto doctore gentium apostolo poteris vniuersa condiscere, & sequitur catholicam fidem & Arrianorum prauitatem respuere, gratia domini nostri Iesu Christi inquit & charitas dei & comunicatio sancti spiritus, ipsa est patris & filii & spiritus sancti. Quoniam in trinitate vnu sunt, quia natura atque ab inuicem separari non possunt.

**B**eauteus & frater charissime quod tua continebat scripta ex subiectis sententijs maxime omnia poteris colligere. Necesse est frater charissime adesse diuinum, ubi humanum cessat auxiliu. Et ut iuxta apostolum dicamus. Licet verba replicemus quod ipse Timotheo scribit dicens. Ecclesia dei virtus columnae & firmamentum est veritatis. Et manifeste magnus est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, predicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Spiritus autem manifeste dicit, quod in nouissimis temporibus discedet quodam a fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis de moniorum in hypocriti loquacium mendacium, & cauteriantur habentium suam conscientiam, phisibet nubere, abstinerre a cibis, quod deus creavit ad peccandum cum gratia actione fidelibus, & his quod cognoverunt veritatem, quod ois creatura dei bona, & nihil reiciendum quod cum gratia actione peccatum, sanctificatur enim per verbum dei & orationem, hec proponens fratribus bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbo fidei & bona doctrina quae asecutus es. Ineptas autem & inane fabulas deuita, & exerce te ipsum ad pietatem. Non corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad oia utilis est, permissione habens vitam, quam nunc est & futura, fidelis sermo & omnis acceptio dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in deum vivum, qui est saluator omium hominum maximeque fidelium. Præcipe haec & doce, nemo adolescentia tua contemnat, sed exemplum est fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dux venio attende lectioni, exhortatori, doctrinam, noli negligere, gratiam quod data est tibi per prophetam cum imposito manu pectorum. Haec meditare, in his esto ut prefectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrinam, insta in illis, hoc enim facies & te ipsum saluum facies, & eos quod audierunt, famam enim nimis affligit qua clade atque aliis anxietatibus vexatus longa epistolam minime scriberem etiam. Tempore cogruo denuo si necesse fuerit mitte, & ea quod desideraueris sume. Deus te in columbam custodiat frater charissime. Amen.

## Incipiunt decreta secundi Pelagii pape.

**C**ollectissimus fratribus vniuersis episcopis, qui illicita vocare Iohannis Constantino politani episcopi ad synodum Constantinopolim conuenerunt Pelagius. Manifesto sicut optauimus per gratiam dei lumine euangelicae veritatis ab vniuersali ecclesia proutissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in domino, sed non modo co-tristramur merore, quia ea quod olim calcata fuerat & funditus damnata, nec vnu fieri debuerat, reducius radicibus germinant atque pullulat. Et quoniam multa quod penitundinem postulant gaudere, pueniunt, necesse est accusare, quod contra ordinem & omnem autoritatem facta esse noscitur. Vnde fratres relicta penitus audacia quod contra apostolicam sedem contra ipsam domini salvatoris vocem, quia dictum est. Tu es Petrus & super hoc petrae edificabo ecclesiam meam, sumpta est disputandi contra dominum pcepta vana errantia corda coquiescat, nec liceat defendi quod non liceat agere. Relatum est ergo ad apostolicam sedem Iohannem Constantinopolitanum episcopum vniuersalem se subscribere, vosque ex hac sua presumpto ad synodum conuocare gaudet, cum gaudium synodorum conuocandi autoritas apostolica sedi beati Petri singulari priuilegio sit tradita, & nulla vnu presumptus rata legat quod apostolica autoritate non fuerit fulta. Quapropter quicquid in predicto viro conuerticulo, quia synodus taliter presumpta esse non potuit, statuisti ex autoritate sancti Petri apostolorum principis, & domini salvatoris voce, quia beato Petro praeterea ligandi atque absoluendi ipse salvator dedit, quod etiam praes in successoribus eius indubitate transiit, principio omnia quod ibi statuisti & vana & cassata esse, ita ut deinceps nunquam appareat nec ventilen. Ait enim ipse salvator bene Pe tro sicut ipse per se veritas loquitur dicens. Quocunque ligaueris super terram, erit ligata & in celo, & quocunque solueris super terram, erit soluta & in celo. Multis denuo apostolicis & canoniciis atque ecclesiasticis instruimur regulis non debere absque sua Roma pontificibus concilia celebrari, quapropter, ut iam dictum est recte non conciliu sed vnum conuerticulum vel conciliabulum cassat, & quicquid in eo actum est irritum habet & vacuum. Vos quod deinceps videte, ut nullius hortatu talia presumatis, si apostolica sedis coniunctione carere non vultis. Non vero ideo suspeditum est, ut locum possit habere correctio. Præde-